UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

III. Humilitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

II. ADORATIO.

ADoro te devotè latens Deitas, & o-
nium hominum à mundi primo
adventum Meſſiæ præſtolantium ado-
tionibus te adorare deſidero. Ado
Salvator mi, & omnibus illis adorati-
bus, quibus te incarnatum & Ange
cœlis, & B. Mater tua adoravit in te
adorare te cupio. Quàm gaudeo tot ge-
flexiones, tot internas externáſque a
tiones, tot capitis corporiſque inclina-
nes, tibi exhiberi tam regnanti in c
quàm expoſito in aris, aut elevato in S
ficiis. O Jeſu Frater amabilis! Eſto D
nus Fratrum tuorum, & curventur c
te Filii Matris tuæ, adoréntque te ſ
Eccleſiæ Filii, unà cum Hæreticis &
fidelibus!

III. HUMILITAS.

SEd unde hoc mihi, ut veniat Dom
& Deus meus ad me? Dominus a
vum, Juſtus ad Peccatorem, ad C
innocens Abel, ad Eſau mitis Jacob
iniquum Sanctus Sanctorum! Q
dignatio! verè Domine, non ſum d
ut intres ſub tectum meum; ſed quo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibi ſic placet implere omnem juſtitiam, ejuſdem me participem redde. Utinam in adventu tuo omnia idola Ægypti, & monſtra vitiorum meorum corruant! Utinam omnis mons & collis ſuperbiæ humilietur; & vallis, humilitatis gratiâ repleatur! ut ſint prava in directa, & aſpera in vias planas, ſummâque lætitiâ ad me revertas.

IV. SPES.

TU es, Domine, ſpes mea, à juventute mea: tu es ſummum bonum meum, quod ſuper omnia & præ omnibus bonis deſidero, ad quod toto corde tanquam ultimum ſcopum anhelo. Innixus huic infallibili promiſſioni tuæ: Qui manducat hunc panem vivet in æternum. *Joan. 6.* non tantùm omnia media ad ſalutem neceſſaria, verùm vitam, gratiam, & gloriam à te ſpero: tu enim es ſpes omnium finium terræ & in mari longè, à quo omnes nationes bona ſua exſpectant & petunt. O liberaliſſime Jonatha, noſtri amore ardens, in te confidit Anima mea. Da igitur pretioſam gratiæ divinæ tunicam; da pulcherrima charitatis & virtutum ſupernaturalium veſtimenta; tribue etiam donorum Spiritûs